

125. I, 6-21 — Inquirição tirada sobre os bens que o mosteiro de Santa Maria de Oya de Galiza tinha em Portugal. Fandega da Fé, 1235. — Pergaminho. Bom estado. Cópia junta.

Notum sit omnibus qui presentes litteras inspexerint quod nos Nunus Martini pretor de Turribus et Martinus Borda iudex eiusdem ville et Petrus Johannis almoxarife de mandato domini regis Sancii fecimus inquisitionem de hereditate tota quam monasterium Sancte Marie de Oya posidebat in Fandega de Fe et a quanto tempore adquisierat predictam hereditatem congregatis igitur senioribus multis quoscumque potuimus invenire tam de villa quam de termino ville quam de aliis terminis terre primitus adiurati coram nobis testimonium dederunt per vires ex ipsis tam clerici quam laici viri bone fame et boni testimonii quod a diebus regum Adefonsi primi Portugalie et filii sui regis Sancii adquisierunt totam sepe dictam hereditatem frates iam dicti monasterii et usque nunc in pace possederunt unde factum est quod rex prefatus dominus Sanctius iam dictam hereditatem eisdem confirmavit per cartam suam in pace perpetuam possidendam. Et nos eam integravimus fratribus supradictis quomodo per literas regis nobis fuerat mandatum. Et fuerunt presentes in... <sup>(1)</sup>. Testes autem qui fuerunt in huius facti confirmationem isti sunt Johanes Didaci primus Johanes Pelagii septem novelos. Donus Benedictus de Chachouza Fernan Roderici de Turribus. Alfonsus Giraldis de Ulixbona. Julianus Gago Johanes Martiniz Martinus Fernandiz de Moura. Donus Michel Pedrejon Franco eius frater Johanes Johannis Martinus Johannis Petrus Martiniz filius de Martino Luzzo. Donus Durannus clericus de Exara Salvador de Trasufal Martinus de Elpos Sebastianus et plures alii quod longum esset numerari. Nos igitur supradicti Nunu Martini pretor et Martinus Borda iudex et Petrus Johannis almoxarife de Turribus in huius rei testimonium sigillo nostri concilii presentem cartam fecimus roborari. Aptum (sic) mense Aprilis in ipsa hereditate Fandega de Fe presentibus cunctis quos nominavimus et multis aliis.

Era M.<sup>o</sup> CC.<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> iiij<sup>o</sup>

(B. R.)